

Latein

12. Februar 2010, 11:00 Uhr

Nuntii Latini Septimanales 12.2.2010

Lateinischer Wochenrückblick 12. Februar 2010

Iudicium summae rei publicae consilii

Iudices consilii summae rei publicae auxilia liberorum publice data non sufficere iudicaverunt. Parentes trium familiarum querelam instituerant, quod minores pecunias pro liberis accepissent. Legum auctores usque ad finem huius anni legem mutare iussi sunt.

Graeci decoxerunt

Res publica Graeca brevi solvendo non iam sit. Itaque Graeci in futurum in impensis publicis faciendis sub cura Unionis Europaeae erunt. Harum angustiarum causae sunt civitatis mores corrupti et mala administratio.

Ambulator pretiosissimus mundi

Adhuc nullum artificium in auctione pecunia grandiore veniit quam statua aenea Alberto Giacometti sculptoris ex Helvetia orti. Auctio huius statuae, cui nomen vir gradiens inditum est, Londinio in urbe facta est. Nomen emptoris ignotum est.

Weitere Informationen:[Nuntii Latini Septimanales 6/2010, \[1:42\]](#) [Lateinischer Wochenrückblick 7/2010](#) 

Deutsche Version

Quelle: <http://www.radiobremen.de/nachrichten/latein/wochenrueckblick/latein/nachrichten152.html>